

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Compendium memorandorum vires naturales et commoda comprehendens a Plinio data

Duval, Robert

[Paris], zwischen 8. Mai und 20. Nov. 1500

Liber xxxiii [...]

[urn:nbn:de:bsz:31-293518](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-293518)

Ergo suggestia ora forficibus prescindunt: ac veluti simpho-
nibus defluit sanguis paulatimq; morientium capita se cōtrahunt
nec relinquunt. Cancri ex aqua poti pro fluuia sistere. Ex yfopo
purgare. Et si partus strangulet similiter poti auxiliantur. Hipo-
crates ad purgationes mortuofq; partus vtitur illis: cum quinis la-
pati radicibus cum ruta & fuligine tritis: & in mulso datis potui.

Miruz de torpedine: Si capiatur cum luna in libra fuerit triduo
q; asseruetur sub diuo: faciles partus facere. postea quotiēs infera-
tur adiuuare Equoruz scabiem rane decocte in aqua extenuant
donec illini possit. Auuntq; ita curatos non repeti postea. Rube-
ta aqua cocta potu data: suum morbis medetur. vel cuiusq; rane
cinis. Pulmone marino si confricetur lignum ardere videtur: adeo
vt faculam ita pruluceat.

Finis libri, xxxii.



Iber, xxxiii. Agit de metallis argento vīno & ceteris
metallici generis.

Ex prologo:
Excerpta

Imus in viscera terre & in sede manum opes querimus: tan-
q̄ parum benigna fertiliq;. Ipsa summa sui parte bona hominibus
tribuit minime parca, facilisq; in omnibus que profunt. Illa nos
premunt, illa nos ad inferos agunt: que occultauit atq; demersit.
Qz innocens q̄ beata imo vero & delicata esset vita: si nichil aliud
de ea nisi quod supra terras concupisceret: Haberetq; nō nisi quod
secum est. Parum erat nature vnam inuenisse vite pestem: nisi in
precio etiam esset sanies auri.

Capitulum primum De metallis,
auro & auulis & cetera:

Tinam possit e vita in totum abdicari: auri sacra fames vt
celeberrimi dāt auctores. Quantū feliciore euo cum res
ipse permutabātur inter se sicut & troianis temporibus fa-
ctitatum homero credi cōuenit. Ita enim vt opinor commertia
victus gratia iuuenta: alios coriis boum: alios ferro captiuifq; re-
bus emptitasse tradit. Qz & ipse miratus aurum: estimationes re-
rum ita fecit: vt centum bobus arma aurea permurasse. Pessimū
vite scelus fecit: qui auulum primum induit digitis. De prometheo

omnia fabulose arbitror, quod illi ferreum aulum dederit antiquitas vinculumque id non gestamen intelligi voluerit. Et nunc laeche mone ferreo vtuntur. Longo certe tempore ne senatum quidem romanum: habuisse aureos manifestum est. Siquidem his tantum qui legati ad exterarum gentes ituri essent: anuli publice dabantur: quoniam ita credo exterorum honoratissimi habebantur. Neque alii vti mos fuit: quod qui ex ea causa publice accepissent: vulgoque sic triumphabant.

Hi quoque qui ob legationem acceperant: aureis tantum in publico utebantur, intra domos vero ferreis. Quo argumento: etiam nunc sponse aulus ferreus mittitur. Isque sine gemma. Nec iliacis temporibus vltos fuisse anulos. Et qui primus instituit leuis manibus ac latentibus induit, cum si houos securus fuisset: dextra fuit ostentandus.

Rome non fuit aurum longo tempore nisi admodum exiguum. Certe cum a gallis capta vrbe pax emeretur: non plus quam pondus effici potuere. Nulloque omnino anulos maior pars gentium hominumque: etiam qui sub imperio nostro degunt hodie habent. Non signat oriens aut egiptus: etiam litteris nunc contenta solis.

Ca. iiii. De reliquo vsu auri.

& cur in tanto precio habeatur.

Laquearia que nunc priuatis in domibus auro teguntur: post cartaginem euersam primo inaurata sunt in capitolio: Censura Lutatii munitum. Inde transire in cameras in parietes quoque qui iam & ipsi tantum vasa inaurantur. Cum sua etas varia de catulo existimauerit: quoque tegulas ereas capitolii inaurasset primus. Precipua auri gratia fuisse non colore: qui in argento clarior est: magisque diei similis, & ideo militaribus signis familiarior, quoniam is longius fulget. Nec pondere aut facilitate cum in hoc cedat plumbo: sed quia rerum vni nichil igne deperit: tota etiam in incendiis rogisque durante materia. Primum bonitatis est argumentum quod difficilime accendi. Preterea mirum prunae violentissime ligni indomitum: palea citissime ardescere, atque vt purgetur cum plumbo coqui. Altera causa precii maior: quod minimum vsus deperit, cum argento ere plumbo linee ducantur: manus sordescant decidua materia. Nec aliud latius dilatatur, aut numerosius diuiditur: vt pote cuius vntia in septuagenas & quinquagenas: pluresque braceas: quaternum utrumque digitorum spergantur. Non rubigo vlla: non erugo non aliud ex ipso quod consumat bonitatem minuat vt pondus.

Ca. iiii. Ratio naturalis inueniendi auri & de electro. Qui primus auream statuam construxit, Et medicine ex auro.

Vrum inuenitur in nostro orbe vt omittamus indicū: atq;
 a formicis aut griphibus apud scythas erutum. Apud nos
 tribus modis fluminū ramentis: vt in tago hispanie, pado
 italie. Hebro tracie. patolo asie. gange indie. Nec vllū absolutius
 aurum est: vt tritu ipso curq; perpolitū. Alio modo puteorū scro
 bibus effoditur: aut in ruina montiū. Aurū qui querunt / ante oīa
 segulum tollunt. Ita vocatur indicū alueus vbi id est areneq; lauā
 tur, atq; ex eo quod refedit cōiectura capitur: vt inueniat aliqñ in
 summa tellure p̄tinus rara felicitate vt nuper in dalmacia principa
 tu neronis singulis diebus quinquagenas etiam libras fundens.
 cum iam inuentum est in summo cespite. Ceterum mōtes hispa
 nie aridi sterilesq; & in quibus nil aliud gignatur: huic bono co
 guntur fertiles esse. Quod puteis foditur canalitium vocant, alii
 canalienſe in marmoris glorie inherens, non illo modo quo in ori
 ente saphiro atq; thebaico aliisq; in gēmis sintilat: sed micas am
 plexum marmoris. Hi venarum canales per marmor vagantur. &
 latera puteorum & huc illuc inde nomine inuento: tellusq; ligneis
 columnis suspenditur. Quod effosum est: tunditur / lauatur
 vritur / mollitur in farinam. Nam quod in pilis cudūt apila
 scudem vocant. argentum quod exit a fornace sudoremq; qui ca
 mino iactatur. Spurcitia in omni metallo vocatur scoria. Hec
 in auro coquitur iterum ac tunditur. Catini fiunt: ex taltanio.
 Hec est terra alba similis argile. Neq; enim alia afflatum ignemq;
 et ardentem materiā tolerat. Tertia ratio opera vicerit gigantū
 Cuniculis per magna spacia actis: cauantur montes ad lucernarū
 lumina. Eadem mensura vigiliarum est, multisq; mensibus non
 cernitur dies. Arrugius id genus vocant. Siduntq; rime subis
 to, & opprimunt operarios: yr iam minus temerarium videatur: e
 profundo maris petere margaritas: tanto nocentiores fecimus ter
 ras. Relinquuntur itaq; fornices crebris montibus sustinendis
 Occursant in vtroq; genere silices. Hos igni & aceto rumpunt.
 Septus vero: quoniam in cuniculis vapor & fumus strangu
 lat cedunt fracturis. C. l. Libris ferri terram agentibus. Ege
 runtq; humeris diebus ac noctibus per tenebras proximis traden
 tes. lucem nouissimi cernunt. Est terra ex quodam
 argile genere glaree mixta: prope inexpugnabilis. Cuneis eam
 ferreis aggrediuntur, nichilq; durius putant: nisi q; inter omnia
 auri fomes durissima est. Peracto opere: ceruices fornicum
 ab vltimo cedunt, dantq; signum rima. Eamq; solus intelligit in
 cacumine montis eius peruigil.

Hic voce istū ve repente tenocari operarios iubet pariterq; ipse deuolat. Mons fractus cadit a sese longo fragore: qui concipi humana mente non possit. & flatu incredibili. Spectant victores ruinā nature. Nec tñ adhuc aurū est. nec sciere esse cū fodere. Tan taq; ad pericula euincenda fuit satis cause: sperare quod cuperent.

Alius par est labor vel hac maioris impendii flumina ad lauādū hanc ruinā iugis montiū duxere obiter a cētesimo plerūq; lapide. Corrugos vocant a corrugatione credo. Nimirum & hoc labor est. Precepisse libramento oportet vt fruaris qñ inundat. Itaq; altifsimis partibus ducit conuallis. & interualla substructis canalibus iunguntur. Alibi rupes innie ceduntur. sedemq; trabibus cauatibus prebere coguntur. Is qui cedit funibus pendet: vt procul intue tibus specias quidem nefaria sed alitum fiat

Italie parcitum est vetere interdīto patrū. alioquin nulla secundi or metallorū quoq; erat tellus. Extat lex censoria victimiliarū auri fodine qua in vercelensi agro cauebatur ne plus. v. hominū publicani haberent Aurū faciendi est etiānum vna ratio: ex auripigmēto quod in siria fodit pictoribus: in summa tellure auri colore: sed fragili lapidū speculariū modo. Inuitaueratq; spes caū princeps; audissimum auri. Quāobrem iussit excoqui magnū pondus & plane fecit aurum exellens: sed ita parui ponderis: vt detrimentū sentiret. Nec postea tentatū ab vllō est. Omni auro inest argentū vario pondere. alibi dena. alibi nona. alibi octaua parte. In vno tantum gallie metelle loco quod vocant albicracense. xxxvi. porcio inuenitur. Ideo ceteris preest. Vbiq; puta argenti porcio est quinta electrum vocatur. Scrobes he reperiuntur in canaliensi. fit & cura electrum argento addito. Qz si. v. portionem excedit incudibus non resistit.

Electri natura est ad lucernarum lumina clarius argento splendore Quod est natiū: & venena deprendit. Nāq; discurrūt in calicib⁹ arcus celestibus similes: cum igneo studio.

Hominum primus auream statuam & solidam: Gorgias leontis nus delphis in templo sibi posuit. lxx. circiter olimpiade. Tāntus erat docende artis oratorie questus.

Aurum pluribus modis pollet in remediis. Vulneratis & infantib⁹ applicatur: vt minus noceant que inferuntur veneficia. Verrucas curari eo varro est auctor.

Ca. vi. de argento & argento
vino eorumq; effusione

Finis antiquis fodiendi argentū solebat esse alumen inuentū:

Vltra nichil querebatur. Aurum argentumq; quo mollius eo pul-
crius. Lineas ex argento nigras produci fieriq; miramur. Argen-
tum viuum venenum rerum omnium est. Exedit ac perrumpit va-
sa: permanens tamen dura. Omnia ei innatant preter aurum. Id vnũ
ad se trahit. Ideo optime purgat ceteras eius sordes expuens: cre-
bro iactatu fictilibus in vasis. Ita vitis abiectis vt et ipsum ab auro
discedat. In pelles subiectas effunditur perq; eas sudoris vice deslu-
ens purum relinquit aurum. Ergo & cum era inaurant sublitũ bra-
cteis pertinacissime retinet. Verum pallore detegit simplices aut p̄
tenuis bracteas. Quapropter id furtum querentes oui liquore cã
dido vsu eum adltauere. Mox & idrargiro

Ca. viii. de modo facien-
di argentum.

Inuenit vitã & hydrargirum invicem argentiviui paulo ante di-
latum. Fit autem duobus modis: ereis mortariis pistilibq; trito
minio ex aceto. aut patinis fictilibus impositum: ferrea concha ca-
lice coopertum argila super illata. Dein sub patenis accensum fol-
libus continuo igni: atq; ita calicis sudore deterfo qui fit argenteo
colore & aque liquore. idem guta diuidi facilis & lubrico humore
confluere.

Ca. ix. de speculis

Pocula ita figurantur excultis intus cerebris seu speculis: vt vel
vno intuente populus tot imaginum fiat. Optima apud maio-
res specula fiebant brundusia stango & ere mixtis. Prelata sunt
argentea

Tingit & egiptus argentum hoc modo. Miscetur argento ter-
tia pars eris ciprii tenuissimi quod coronarium vocant. & sulphu-
ris viui q̄tum argenti. Constantur in fictili circumlito argila. Mo-
dus coquendi donec se ipsa copercula operiant. Nigrescit oui indu-
rati luteo vt tamen aceto & creta deteratur.



Iber. xxxiiii. sequitur. in quo agit de ere plumbo fer-
ro & aliis metallici generis.

Ca. vii. de colosso.

Ante omnis in admiratione fuit colossus solis rhodi septuagi-
ta cubitorum altitudinis fuit. hoc simulacrum post. lvi. annum ter-
re motu prostratum. Sed iacens quoq; miraculo est. Pauci polli-
p iii